

X a
3408

25. Juni 1689
1689

QVUM
*SERENISSIMA PRINCEPS AC
DOMINA*

DN. MARIA AMALIA,
IN COMPARABILIS HEROIS
DN. FRIDERICI VVILHELMI
MAGNI,
ELECTORIS BRANDENBURGICI,
NUNC DIVI, FILIA

*ET
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI*

DN. CAROLI,
DUCIS MEGAPOLITANI, PRINCIPIS
VANDALORUM, SWERINI ET RATZEBURGI,
COMITIS SVVERINENSIS ET TERRARUM ROSTO-
CHII AC STARGARDIÆ DYNASTÆ,
RELICTA VIDUA

A
*REVERENDISSIMO AC SERENISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO*

DN. MAURITIO VVILHELMO,
DUCE SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MON-
TIUM, POSTULATO ADMINISTRATORE PRÆSULATUS
NUMBURGENSIS, LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARGGRAVIO MISNIÆ,
NEC NON SUPERIORIS ATQUE INFERIORIS LUSATIÆ, PRINCIPA-
LI COMITE HENNEBERGICO, COMITE MARCÆ ET RA-
VENSBERGI, DOMINO RAVENSTEINII,
*POST HYMENÆOS SECUNDOS CUM EODEM POTSDAMMI IN MARCHIA
D. XXV. JUNII HUJUSCE ANNI M DC LXXXIX SOLENNITER
CELEBRATOS,*


IN MAURITIOPURGUM MISNIÆ ELYSTRINUM D. XIII. JUL.
MAGNA CUM POMPA, NEC SINE MAXIMO CIZENSÍUM,
SUBDITORUMQUE OMNIUM TRIPUDIO
INTRODUCERETUR,
*CELSISSIMO DOMUM - DUCTORI
TANQUAM DOMINO SUO CLEMENTISSIMO AC
MUNIFICENTISSIMO
ET NEXAPMA SUUM SUBMISSISSIMUM ADVENTORIO
ISTHOC CARMINE*

TESTATUM FACERE VOLEBAT, DEBEBAT

L. JOACHIMUS FELLERUS, CYGN.
POES. P.P. IN ACAD. LIPS. HUJUSQUE BIBlio-
THECARIUS.

LIPSIÆ,
Typis CHRISTOPHORI GUNTHERI

AD
REVERENDISSIMVM AC SERENISSIMVM
PRINCIPEM AC DOMINVM
DN. MAVRITIVM
VVILHELMVM,
DVCEM SAXONIÆ, JVLIÆ, CLIVIÆ AC
MONTIVM, ET POSTVLATVM ADMINISTRA-
TOREM PRÆSVLATVS NVMBVR-
GENSIS &c.
DOMINVM SVVM CLEMENTISSIMVM
ELEGIDION FELLERIANVM.



Vgustos iterum liceat mihi cernere vultus,
DVX, doctos inter gloria celsa DVCES;
Nam post propitium LEOPOLDI Cæsaris astrum,
Hostes qui pellit Marte potente duos,
Et post FRIDRICI sapientis amabile lumen,
Agmina qui terret Gallica, disque spat,
Et TV Picaviae illuxti ceu pulcher Apollo,
Sidere cum fausto surgeret illa dies,
Quæ Te vitales productum vidi in auras
Tanquam RVTIGERI vividum agalma PATRIS.
Nam Tibi gratari cum fausta Genethlia vellem,
Mox licuit Charitos limen adisse Tuæ,
Fronsque Tua arrisit Titane serenior ipso,
Si pepulit radius nubila densa suis;
Quin & Elystrinam jussit me excurrere in Aulam
(At me quantillum!) perque videre libros,
A PFLVGIO magnis collectos sumptibus olim,
Quo mage wix tum alius doctus Epocta fuit;
Reinesique auctos, magni Varronis, acervis,
Pieriusque Tuus quos cumulavit Amor.
Munera quid referam argento radiantia & auro,
Queis visum est Musas latificare meas?
Gratia tanta igitur Tua me magnetis ad instar
Jam trahit, & votis addere vota jubet,
Quando domum ducis pulchram cœlo auspice BRENNAM,
Vandalici CAROLI quæ prius Uxor erat.
Istum, age, continuet clementia summa favorem,
Nea breve despiciat, quod sibi fertur, epos.
Tertius Heroes inter celebrabere doctos,
Et Tua prolixum Gratia carmen erit,
Quin carmen dum CÆSAR erit, carmenque FRIDRICVS,
MAVRITIVS carmen perpes & ipse dabit.

Nagmenta æquarat dudum augustalia BRENNUS,
Marchio nec seculo tam formidabilis ullo,
Nec regno Europeo ullo, dum volvitur orbis,
Extiterat. Tam grandis erat Mavortia virtus,
Tam vastum Herois regimen, prudentia mentis
Tanta erat, & celsæ splendor tam fulgidus Aulæ.
Maxima nec deerat frenoque soluta potestas,
Sceptra Borussorum postquam acceptarat, amico
Sauromatæ annutu, summis affinia sceptris,
Quæ Reges gestare solent. Nec Regibus ipsis
Bellipotens non terrorerat, fulmenque tremendum,
Vicus queis undique erat. Scythia ipsa, triumphos
Mirata, hunc verita est misis in Marchida, pacem
Qui Martem hunc inter facerent, gentemque Polonam;
Quin etiam ad populos penetravit fama remotos,
Nautica visque Ducis BRENNORUM ex sanguine creti
FRIDRICH-WILHELMI, freta sive austrina Gvinææ
Species, occiduæ seul littora dis sita terræ,
Jamaicæ quæ nomen habet. Sed qualiter alto
Si quando auricomus rutilavit in æthere Titan
Forte diu, ac radiis lustravit cuncta serenis,
Ocyus expansum foedant aterrima Olympum
Nubila, & horrisono cum fulmine decidit imber
Stridulus, & campos onerat stagnantibus undis:
Taliter & BRENNUS post gaudia & incrementa
Plurima, queis Brennos, toto orbe stupente, priores
Anteiiit longum (& terris proh quantus & armis!)
Non uno excenso turbatus funere, vidit
Nil quicquam in terris reperirier undique faustum,

Moerorisque expers, summa licet arce locatum
Fortunæ. Nam DOROTHEE celsissima quamvis,
Juncta alias GVELPHO, Auriacæ post fata LOYSÆ,
Jugiter ambrosio BRENNUM satiaret amore,
Marchiacæque daret lectissima pignora Genti,
Mella tamen tristi LUDOVICI flebile fatum
Felle venenavit, qui florentissimus annis
Et RADZIVILLÆ, Lithuanæ Cypridis, arctis
Nexibus implicitus Domui fulmenta paternæ
Magna minabatur, dignissima factaque Brenno.
Præcoce nam fato flos ille emarcuit, ingens
Delicium Uxoris magnæ, magnique Parentis.
Pristina visa equidem lux resplendescere, pulsis
Nubibus, Heroum natus cum stemmate Princeps,
Vandalica qui gente sati ad Germanica Balthes
Littora confedere, ac regia sceptræ potiti
Arma per Hesperios, Gallosque, Afrosque tulerunt,
Quin ipsam Ausoniam expugnarunt fortiter urbem,
Gensricus cum ductor erat; pulcherrimus, inquam,
Ante alios Princeps CAROLUS felicibus astris
AMALIAM, (ah magni quam delectabile Patris
Germen, & augustas quantum decus Heroinas
Inter, & Idalias aularum in sedibus ortas!)
Duceret in thalamum tam celsa Principe dignum,
Augustoque adeo faceret nova gaudia BRENNO,
Spemque suæ ingentem Domui, quam Nereus ambit
Balthicus. AMALIÆ ast ubi pulcher amasius? eheu
In tumulum ex thalamo mox tractus & ipse, caducum
Æquabat florem, Libitinæ falce resectus,
Implebatque novo (fata en variantia!) luctu

Pecto-

Pectora, nondum obitum LVDOVICI oblita supremum.
Quid? quod & elapso non longo tempore BRENNUS
Concidit ipse Pater, Brennorum altissimus Atlas,
Imperiique sacri nunquam exuperatus Achilles,
Morte sua & totam quatit instar fulminis Aulam,
Aulam autem? Europæ quin ipsa cacumina vastæ,
Tot Brenni augustos dudum admirata triumphos.

Dixeris in Pharias sic transmutata tenebras
Omnia, & ereptos tanto cum Principe Soles.
Tantus ubique dolor, tantus per Marchida moeror,
Perque alias terras sceptrum regale verentes
Brennorum; ast roseo mox emicat ore renatus
Titan, FRIDRICUS, Dux cœlestissimus inter
Teutoniæ Proceres, nubesque abspellit opacas,
Et quid lætitiae mœstis non attulit oris
Ascanius tener, Æneæ dulcisima proles,
Grandeque grandis Avi vel solo nomine spondens
Augustumque aliquid. Castæ sed turturis instar
Ingemit, & Patris deflet jam funera functi,
Jam Socii citâ fata sui, mœstissima Princeps
AMALIA, & querulo fallit sua tempora planctu,
Lætifici nil Solis habens cum Matre Deorum,
Insolabiliter magnum lugente Maritum.

Viderat hanc luctu sensim impallescere atroci
Principem, & ætatis nunc contemplata viorem,
Nunc vultus illustre decus lumenque Dione,
Diva novos semper meditari sveta Hymenæos,
Solamque accedens plorantem ac multa gementem
Talibus AMALIAM affatur blandissima dictis:
Sat lacrymis, mœstisque datum est, Hera celsa, querelis,

Sat

Sat CAROLI, Divum Tibi non sine numine rapti,
Funera deflesti, sat magni & funera BRENNI
Sumere fas tandem est Tyrios post atra rubores
Syrmata, & anxiferis relevari pectora curis.
Cernin', ut aureoli jam lumine gaudeat omnis
Marchia Titanis, Patris post fata, renati,
Quamque sibi applaudat nato de Principe, GVELPHÆ
Delicio Augustæ, & BRENNI jam sceptræ tenentis,
FRIDRICH-WILHELMO? Et Princeps num deficit, olli,
Quem luxti, CAROLO par forma ac dotibus altis,
Genteque priscorum deducta ex sanguine Regum?
MAVRITIVS WILHELMVS adest, celsissimus Heros
Ex WITIKINDEA prognatus stirpe, vetustis
Saxonibus quæ regia erat; residensque Mysorum
Mollibus in pratis, vitreus quæ lambit Elyster,
Antealias arces qua Mauritiana superbit,
MAVRITH struætura Patris. Nil pulchrius illo,
Nilque tuosplendore magis, virtuteque dignum,
Diva homines inter! Charites illi oris honores
Afflarunt mecum, svavisima mellaque labris
Infudére recens nato. Mentem ipsa refinxit
Calliope, Aonias interdux prima sorores,
Egregiasque omnes avidæ largum indidit artes;
Indidit historias etiam, momentaque cuncta
Temporum, ab auspiciis, nostra usque ad tempora, mundi;
Sed cerebro prognata Jovis Tritonia pondus
Addidit huic operi, Druydom comitata per agros,
Ausoniasque plagas, variæque per oppida gentis
Principem, & arcanos regnum hortata recessus
Inspicere, ac varios populorum advertere mores,

Pro-

Providus ut terras posset rexisse paternas,
Subjectisque sibi prisci aurum reddere secli.
Quid mentem cœlo obversam, cultumque perennem
Numinis, atque preces referam, queis fervidus instat
Præluxisse suis? quid splendida munera, Musas
Queis beat, atque alios, Penie quos durior urget?
Dixeris hunc CAROLI veluti de pulvere pulchrum
Surgere Phœnicem. Pulchrum ergo hunc Saxona lecti
Elige consortem, pellendis luctibus aptum,
Elige, (Te nunquam facti, Heroina, pigebit,)
Saxonicamque novo cum BRENNIS glutine Gentem
Compinge, huic dudum non uno foedere junctis.

Sic fata ambiguam AMALIAM dubiamque relinquit
Cypris, & aligerum jubet ignea sumere Natum
Tela, quibus castos succendat, ut ante, calores
Pectore in AMALIÆ mœstæ, tædasque perosæ.
Paret is, atque usus svertis meliore sagitta
Frigida corda ferit, veteresque resuscitat ignes. (tum
Nec mora. MAVRITIVM WILHELMVM Ea, Saxone na-
MAVRITIO, floremque Ducum, desiderat unum,
Unum amat ante alios jam plena ardoribus, unum
Somniat, atque olli proprius mox jungier optat.
Optat & ipse pari trajectus pectora telo
Jungier AMALIÆ PRINCEPS, dignissimus ista
Turture, si quisquam, eruptum lugente Columbum;
Certus & ardentes sibi nunquam defore amores,
Succensas haud ante potest extinguere flamas,
Quam stabili Viduam societ sibi foedere tantam,
Moreque solenni patriam deducat ad Arcem,
Irriguus quam Pica lavat. Cupidissimus ergo

Pots-

Xa 3408 79

Potsdammi properat tecta ad regalia, BRENNI
Qua sedem posuit Vidua excelsissima Magni,
DOROTHEE, & magnæ auspiciis, post Numina, Matris
Fratreque, Brennorum sumo, haud renuente FRIDRICO,
Jungitur AMALIÆ, ardenter quam totus & ardet.
Vesperis ast hujus digno quis gaudia versu
Exprimat, & tacitæ certamina dulcia noctis?
Scilicet heic opus est vate ex meliore metallo,
Æacidæ qualis connubia fausta Pelasgi
Et Neptunines pulchræ, vel qualis HONORI
Cæsaris, & MARIÆ celebravit carmine tædas.
Rutigerum interea expectat dum Ciza Dynastam,
Cumque illo AMALIAM ceu missam ex æthere Divam,
Protinus Oreades sua per montana choréas
Instaurant, Echûs resona haud sine voce, Variscæ;
Mox & Naiades placidi advaga littora Elystri
Purpureum reduci augusta cum Conjuge nimum
Spargunt MAVRITIO WILHELMO, & secula spondet
Falciferi sibi fulva senis, mera læta canentes
Carmina, queis sese Philyræi Musa Poetæ,
PRINCIPIIS haud pridem vultus experta benignos,
Ocyus associans: Maëte, inquit, o optime Princeps,
Maëte Amor humani generis, prægrandequ gentis
Præsidium Aoniæ, maëte isthoc foederis iætu,
Quamque Tibi propriam cœlestia fata dicarunt,
Vitæ habeas Sociam longos thalamique per annos,
Exque domum ducta pulcherrima germina Rutæ
Saxonicæ videas, dulcesque aliquando Nepotes.
Erro? an lætificos & Mulciber excitat ignes?
Sic est. Nymphæ igitur sua mox solennia claudunt,
Lumina dum cœlo rutilant, & lumina terris.




1077

Pon Xa 3408, Fk

ULB Halle
003 700 720

3



f

Sb.

tris
CO,

am,

ndet

M
U
S
O
T
C
S
G
M
tril



an 21

QVUM
*SERENISSIMA PRINCEPS AC
DOMINA*
DN. MARIA AMALIA,
IN COMPARABILIS HEROIS
DN. FRIDERICI VVILHELMI
MAGNI,
ELECTORIS BRANDENBURGICI,
NUNC DIVI. FILIA

SEREN
D N
DUCIS ME
VANDALOR
COMITIS SV
CH
REVEREND
DN. MAU
DUCE SAXO
TIUM, POSTUL
NUMBURGENSIS, LA
NEC NON SUPERI
LI COMITE
VEN
POST HYMENÆOS
D. XXV. JUN
IN MAURITIOBU
MAGNA CU
SUBI
TANQUAM
ΣΤΝΧΑΡΜ
L. JOAC
POES. P.

*AC DOMINI
OLI,*
II, PRINCIPIS
TRATZEBURGI,
RARUM ROSTO.
DYNASTÆ,
IA
SIMO PRINCIPE
VVILHELMO,
CLIVIAÆ AC MON
TORE PRÆSULATUS
E, MARGGRAVIO MISNIÆ,
IS LUSATIÆ, PRINCIP
Æ MARCÆ ET RA
NSTEINII,
OTSDAMMI IN MARCHIA
XXIX SOLENNITER
25 Junii 1689
1689
TRINUM D. XIII. JUL
XIMO CIZENSİUM,
TRIPUDIO
CTORI
NTISSIMO AC
ADVENTORIO
DEBEBAT
RUS, CYGN.
QUE BIBLIO-



(car. 1, 811.)